

Dissertatio medica, inauguralis, de halitu cuticulari / Joannes Yule.

Contributors

Yule John.
Royal College of Physicians of Edinburgh

Publication/Creation

Edinburgi : Apud Balfour et Smellie, 1785.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/sb2ers9a>

Provider

Royal College of Physicians Edinburgh

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by the Royal College of Physicians of Edinburgh. The original may be consulted at the Royal College of Physicians of Edinburgh. where the originals may be consulted.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

6

DISSERTATIO MEDICA,
INAUGURALIS,
DE
HALITU CUTICULARI.

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
D. GULIELMI ROBERTSON, S.S. T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

J O A N N E S Y U L E,
B R I T A N N U S.

S. Phys. Chirur. Edinen. D.
Sodalis.

Ad diem 12. Septembris, hora locoque solitis.

Quid dem? renuis tu quod jubet alter:
Quod petis, id fane est invisum acidumque duobus.

HORAT. Lib. ii. Epist. ii.

EDINBURGI:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M.DCC.LXXXV.

DISSECTATIO MEDICA
IN
ECCEPTIS ORATIO

ROBERTO INNES, M.D.
HABITU CUTICULARI

A. Reg. Med. Edinensis

ANNUS 1811
Socio Honorario

D. GULIELMO ROBERTSON, S.T.P.

A. Op. sua maxima meritis, officisque rebus

Quibus nos semper est profectus

Hocce qualescunque tenimen

Grati animi testimonium

Summa observantia

D. D. C.

Testimonium eximium

JOANNES NEE, Y.U.L.

EST ANNO
Vno spectato et colendo

GULIELMO YULE

Amigero

Cum contumacitate

Transmittit ergo

Habere libenter

Sacris esse statum

EDINBURGH

AUGUSTO

1811

IN SOCIETATE

Viro eruditissimo,

Et imprimis ornato,

ROBERTO INNES, M. D.

S. Reg. Med. Edinensis

Socio Honorario,

&c. &c. &c.

Ob sua maxima merita, officiaque iterata,

Quibus nos semper est prosecutus,

Hocce quaecunque tentamen,

Grati animi testimonium,

Summa observantia,

D. D. CQ.

Nec non,

Viro spectato et colendo

GULIELMO YULE,

Armigero,

Cum consanguinitatis,

Tum amicitiae ergo,

Hasce studiorum primitias

Sacras esse statuit

A U C T O R.

Vino crudelissimo

Et impetris oratio

ROBERTO COLEMAN M.D.

NATURALIA EUNDANTIA
S. Reg. Med. Edinburg.
Socii Honoris
fere optima omnium, quibus mens hu-
mana se exercere potest. Dum enim intento
animo res naturae contemplamur, tum bene-
volentia, tum pietate, tum reverentia, tum
que apparet, tum animi testimonium
Firmare consuevit, maxime esse, michi
voluptatis, me, maxime artium nobilissimas
operam
Nec non

Vino spectato et tincto

Look round our world: behold the splendour of
GUILTY MOUNTAIN
Combining all below, and all above, O'er

Angelo
This world's number, and the God be known,
Cura conflagrantibus
The only refuge, and only in our own
Tandem accipiat ergo
Esay as Man

Hic, studium principis
Hinc cognoscimus, solamque per proprias manus et at-
tentas esse naturae
videtur, et per sapientissimas rerum structuras et causas sua-
les. Newtoni Principia. Lib. I. Cap. I.

P R O O E M I U M.

NATURAE indagatio aestimanda est
fere optima omnium, quibus mens hu-
mana sese exercere potest. Dum enim intento
animo res naturae contemplemur, tum bene-
volentia, potestas, sapientiaque Opificis ae-
que apparent *.

Enimvero confiteor, maximae esse mihi
voluptati, me medicinae artium nobilissimae
operam

* Look round our world ; behold the chain of love

Combining all below, and all above, &c.

Thro' worlds unnumber'd, tho' the God be known,

'Tis ours to trace him only in our own.

Essay on Man.

Hunc cognoscimus solummodo per proprietates suas et at-
tributa, et per sapientissimas rerum structuras et causas fina-
les. Newtoni Princip. Schol. Gen. sub Fin.

operam dedisse, quae cum naturae studio tam intime connectitur, et praesertim, dum considero, me in ea orbis terrarum regione natum esse, ubi ars Hippocratica integerrime clarissimeque investigatur et docetur.

*Medicina quidem artium summa jure est habenda, quoniam ad hominem * mundi principem summopere spectat, et sine ejus benigno et tempestivo subsidio, caeterae artes humanae saepissime omnino cessarent.*

Et

* ———— *The spacious west,*

And all the teeming regions of the south,

Hold not a quarry, to the curious flight,

Of knowledge, half so tempting, or so fair,

As man to man.

Akenside.

*Et quid, quaeso, animo benevolo plus gaudii afferre potest, quam diros aliorum rescindere dolores? In hoc profecto medicus Illius vestigia quodammodo urget, qui totam vitam suam in aliis benefaciendo profudit. Quam juste Cicero: ‘ Homines, inquit, ad Deos in
 ‘ nulla re propius accedunt, quam in salutem
 ‘ hominibus dando.’*

Medicina ipsa ars est multiplex et complicata, et eum, qui in studium ejus incumbat, non solummodo structuram corporis humani, sed etiam, quibus singulae partes sint obnoxiae, morbos, rationemque medendi, scire oportet.

Haec omnia sane non sunt discenda, absque diligentia solertiaque indefessa. Quare cum rei medicae studiosus thesin suam in lucem edat, novae multum materiae vix sperari potest.

*test. Neque enim experientiae, neque otii
satis, ad res de quibus differere optat, inda-
gandas, habet.*

Non scribendi studium, non

——— laudum immensa cupido,

*me nunc hasce paginas emitte concitant ;
sed potius, Viri ornatissimi, ut institutis vestris
legibusque, quantum potui, obsequerer.*

——— vivite, valete !

ERRATA.

Pag. 12. l. 16. *pro coloris lege caloris.*

17. 9. *supple comma post est.*

19. 2. *pro acidi lege alcali.*

3. *pro alcali lege acido.*

8. *dele corporis, et pro constructioni lege con-
strictioni.*

24. 4. *pro rocidæ lege roscidæ.*

26. 8. *pro est lege esse.*

32. 3. *post partes supple per continuitatem solam.*

38. 2. *post fal supple comma.*

ult. *post feneka supple semicolon.*

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

HALITU CUTICULARI.

VARIi ex sanguinis mole fecernuntur liquores, quorum plerique natura propria non solum ab eo, sed inter se omnino differre videntur. Quomodo autem haec miranda mutatio perficiatur, aut unde hi inter se differunt, quare pancreate bilis, renibus lac non praeparatur, mihi prorsus ignota apparent; et a principiis, cum chemicis, tum mechanicis, nobis saltem compertis, ea reperire conari ineptum esset, quanquam quidem multi viri illustres in hoc ipso laboraverunt. Hallerus inclytus humores secretos in quatuor dividit classes,

A.

quas

6 DE HALITU CUTICULARI.

quas compositione, spissitudine, aliisque proprietatibus distinguit ; de divisionis hujus utilitate haud a me disputandum est ; attamen, me judice, simplicitatem naturalem multo accuratius imitabimur, si modo eos in classes dividamus sequentes.

1^{mo}, In humores utiles (secretiones) ;

2^{do}, In inutiles vel noxios (excretiones).

De ultimae classis parte, excretionem nempe cuticulari, hic est mihi in animo praecipue differere.

Excretiones cunctae naturales, salutis, imo vitae humanae, maxime conferunt. Hoc profecto liquet, si corpus animatum quasi machinam e partibus solidis et fluidis conflata consideremus : Hac machina, per omnem vitam, semper utimur ; unde partes ejus solidas solvi et abradi ; particulasque sic dissolutas oeconomiae animali inutiles reddi necesse est.

Fluidae quoque partes, multo calori obnoxiae a cordis arteriarumque motu excitato, acres vel noxae fient ; unde maximam eas expellendi necessitatem aperte cernere licet ; huic igitur functioni beneficae, per varia organa excretoria, quae tot fossarum, ut haec superflua materies eliminetur, quasi officio fungantur, et etiam novo nutrimento locus paretur, sapienter cavit

rerum

rerum supremus *Molitor* ; itaque salus certe vigebit, quamdiu ab hoc processu pendeat.

In proposito exsequendo hanc methodum observare statuo.

P A R S P R I M A

P H Y S I O L O G I A.

1^{mo}, Fontes, unde scateat excretio cuticularis, quodammodo detegere,

2^{do}, Perpauca de materiei perspiratae dotibus quam breviter potero differere.

P A R S S E C U N D A:

P A T H O L O G I A.

1^{mo}, De perspiratione cum suis consequentiis profusus obstructa.

2^{do}, De perspiratione cum suis consequentiis nonnihil imminuta.

DE HALITU CUTICULARI.

P A R S T E R T I A.

DE DIAPHORETICIS.

1^{mo}, De modo operandi disputare conabor.

2^{do}, Varia remedia diaphoretica enumerabo.

3^{tio}, De eorum usu in morbis sanandis dicam.

Imperitia mea, aequae ac angusti limites hujuscemodi operibus circumscripti, me haud finent altius hanc rem latiusve investigare : Quare, si qui irrepperint errores, quod in re tam difficili accidere necesse est, iudices doctissimi, ut me excusatum habeatis, vos obnixè obtestor obsecroque.

P A R S P R I M A.

P H Y S I O L O G I A.

S E C T. I.

De Perspirationis Fontibus.

I.

Perspiratio cuticularis haudquaquam nuper inventa, Sanctorii nomen recepit, non quod ipse primus eam

reperit,

reperit, sed duntaxat quod huic praecipue animum adhibuit. Liquet Hippocratem non omnino eam ignorasse, quum corpus non solum exhalare, sed etiam inhalare indicat. Quanquam autem ipsa humoris excretio per cuncta secula fuit manifesta, tamen de origine ejus inter auctores multum discrepat.

II.

Veteres enim hanc evacuationem tantummodo fieri per cuticulam, tanquam cribrum, putasse videntur. Malpighius, et alii, hanc secretionem a quibusdam effectam esse glandulis, quas ubique sub cutem disseminari contendunt; et porro has glandulas ubique ductibus cutem penetrantibus instrui opinantur; sed merum somnium est; quoniam hae glandulae ab anatomia demonstrari non possunt; ideoque haec hypothesis illo quod meruit fato periit.

III.

Celeber. Ruyschius, candore conspicuus, tales glandulas se invenire non potuisse profitetur; et quod Malpighius glandulas appellavit, re ipsa e cuticula provenire demonstrat, et hos perspirationis esse fontes omnino denegat;

negat; ipse etiam asserit, et injectis praeparationibus demonstrat, arterias sub cutem materiem perspirabilem exhalare.

Nostros Monro * peritissimus hanc rem accurate tractat, et fudoris et perspirationis fontes esse extremitates minutas arteriarum, ubique cutem penetrantes, perspicue demonstrat.

IV.

Illustris Kaaus † ingenioso experimento hoc quidem clarissime explanat. Calidae quantitatem aquae in axillarem humani cadaveris arteriam injecit, et aquam quasi sudorem e brachio erumpere observavit. Nunc autem haec veritas adeo confirmatur, ut nemo quidem anatomiae peritus de ea dubitet. Haec et multa plura medicinae studiosis plane indicant, quantum veritati conducatur, eos ad anatomiam, ut nostrae scientiae pernecessariam, diligenter incumbere: Nam, sine perfecta corporis structurae scientia, causae proximae, ideoque morbos medendi methodus ignorantiae et obscuritatis nubibus

* Oratio de cuticula human.

† Kaaus de perspirat. N. 94.

nubibus oportet tegantur : Unde praxis empirica, et multa mala, quae enumerare longum esset.

V.

Ex eo, quod de exhalantibus organis dictum est, quodcunque cordis arteriarumque adaugeat motum, id hujusce excretionis quantitatem etiam aucturum, observare licet. Hominem sanum impercepta perspiratione frui, applicando politam ad nudam cutem lamellae superficiem, in qua exhalatio humida condensabitur, facile demonstrari potest.

VI.

Sin autem systema vasculare, ab ulla potestate stimulante proprie applicata, ad motum crebriorem excitatum fuerit, materies perspirabilis, forma sudoris, effunditur. Dum derivatio percipi non potest, vel forsan in parva quantitate, a vestibis aut aëre externo facile absorbetur; sed, postquam quantitas ad quendam gradum augeatur, ulterius absorberi non potest, ideoque statim apparet.

VII.

VII.

Hic observare licet, si corporis calor ad quendum gradum subito auctus fuerit, perspirationem prorsus obstrui, et necessarium fore, prius caloris gradum diminueret, quam ea restituatur. Copiosa fudoris derivatio, ab aucta cordis et arteriarum actione, haud solummodo pendet.

VIII.

Quum nos exhalantium organorum simplicem structuram consideramus, Artificem Omnipotentem non possumus non admirari ! Si haec secretio glandibus peracta esset, multa incommoda procul dubio acciderent, propter suarum functionum peragendi tarditatem : Hic celeritas maxime necessaria videtur, quum saepe cogimur nosmetipsos subito violenter exercere, quod praecipue systematis arteriosi motum excitat, et fluida expandit. Excretio tamen hoc simplice artificio prompte pro re nata efficitur. Cum quidem, si organa glandulosa extitissent, minimus coloris gradus ea forsan inflammasset et obstruxisset. Ita, benigne datum est,

——quid

Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris *.

IX.

Unguen cutis ab auctoribus memoratum quasi humorem a materia perspirata prorsus alienum haudquaquam esse verum mihi videtur. Sagax Winflow, qui has describit glandulas hoc sebum fecernentes, hos folliculos, in naso, auribus, axillis, praecipue inveniri dicit; quapropter, ejus officium his partibus proprium esse concludere licet, et maxima cum verisimilitudine, cutem lubricari et emolliri ab arteriosa exhalatione quodammodo, ut abdominis, thoracisque cavitates, aliaeque corporis partes † sunt, inferendum est.

X.

Haec exhalatio, magis volatili et aquea parte evaporata, parteque glutinosa, summae cuti in sebi forma ad-

B

haerente,

* Juven. Satir. X. 347.

† Minime dubium est, quin similis exhalatio musculorum interstitiis adsit, quod vires ad frictionem perserendam suppeditat.

haerente, facile hanc speciem praebeat sebaceam, quod praesertim tempore hyberno accidit.

S E C T. II.

De Materiei Perspiratae Dotibus.

XI.

Alimentum in ventriculum receptum, ibique succo gastrico mistum, conficitur, mutatur, et in chylum convertitur; postea hic chylus vasis lacteis absorbetur, et per ductum thoracicum ad sanguinis massam invehitur, in succum proprium animale elaboratur: Postea autem (ut supra dictum est) ex parte corrumpi incipit; quapropter sua vice eliminari oportet.

XII.

Sanguis, simul ac emissus est, homogeneous esse apparet; attamen longe aliter res se habet: Dum enim e venis profluit, licet observemus quendam subtilem, volatilem, et nonnihil foetidum, magna copia surgere, vaporem, cui physici nomen imposuerunt halitus. Post hanc evaporationem, sanguis quasi lac sponte coagulat,

hoc

hoc coagulum brevi bipartito dividitur, nimirum in serum et crassamentum.

XIII.

Hoc iterum duas continet partes notandas, globulos rubros, (etsi ab Hewsoni * experimentis observationibusque liquet non esse sphaericos, at potius planos instar nummi), et lympham coagulationi aptam, quae sponte coit, et qua partes solidas praecipue nutriri ferunt.

XIV.

Serum similiter in duas partes separari potest; quippe, si modo quodam gradu afficitur caloris, pars altera in massam solidam instar ovi albuminis diutius cocti congelatur, dum pars altera fluorem retinet, neque calore nec acidis fortissimis spissescere potest fossilibus †.

XV.

Ab accuratissima sanguinis *disquisitione*, liquores secreti, nempe bilis, *semen*, &c. non sunt discernendi; at tamen procul dubio a posteriore in eo existunt, etiamsi eorum particulae componentes adeo disjungantur, itaque

• On the properties of the blood.

† Haller on the nature of the blood.

que confertim massa sanguinis misceantur, ut nisi propriis glandulis segregari non possint.

XVI.

Corpori excretionis organa sunt tria, cutis pori, renes, atque pulmones, qui duplici in systemate funguntur officio; inter ea, ut quidam volunt, alvus haud apte collocari potest.

XVII.

Observare licet, ut, aliquibus organis secretionis male officio fungentibus, humor secernendus alia via quodammodo evadit, sic interdum animadvertere possumus, sudorem odorem urinae emitte, quod praecipue accidit, dum copiose profluit, et quo plus urinae est, eo, caeteris paribus, minus fudoris esse.

XVIII.

Renum excretio praecipue, a materia insensibili perpiratione secreta, ut non aequae subtilis volatilisque sit, differre videtur; et existimo materiam venenosam pulmonibus excretam, materiae ab insensibili cutis exhalatione effusae (quae sit fortasse aequae lethifera, licet periculorum defectu non aequae pateat) valde affinem esse.

XIX.

XIX.

Aër Mephiticus.

Aërem mephiticum pulmonibus exhalari, nunc fere creditum est. Vir rei chemicae peritissimus Dr Black calcem vivam in aqua solutam aëri expirato subjecit, eandemque aëre mephitico cito saturatam et praecipitatam auditoribus ostendit *.

XX.

Fortasse licet nobis dicere, omnem aërem, quem inspiramus, non statim exspirari, sed partim in systema recipi, ut alicui subserviat utili proposito, forsan antiseptico, aut saltem ut temperet corporis calorem.

XXI.

Hoc peracto, dicere est aërem alii noxiae materiae conjunctum, non solum a pulmonibus, sed etiam cutis meatibus, a perspiratione insensibili rejici.

XXII.

Materia quaedam foetida.

Perspiratio insensibilis quasi halitum tenuem sanguinisque partes magis volatiles etiam continere videtur, qui-

bus

bus particulae aliquae foetidae infunt. Canes, qui olfactus sensu acutissimo gaudent, rem ita se habere aperte demonstrant; miranda enim sagacitate, dominos suos inter mille alios, peculiari odore, qui ex eorum corpore exhalat, perdocti, dignoscunt et inveniunt.

XXIII.

Aqua.

Aquam in materie perspirata existere clarissime liquet, quum superficiem speculi politam, dummodo exhalatio libera fiat, ad cutem applicando, partem in aquam densari plane cernamus.

XXIV.

Ex supra dictis, itaque, sanguinis particulas tenuiores, subtiles, volatilesque in insensibili perspiratione effugere; at in sudore profuso partem crassiore, quae urinae similissima est, extrudi, statuere licet.

XXV.

Sal.

Vitri conflatore, et alii, qui extremo calori objiciuntur, habere quasi crystallos vestibis adhaerentes, saepius

obser-

observantur; hoc ostendit materiem adesse sudori salinam *, quae fortasse conjunctione acidi cum phosphorico alcali formatur.

P A R S S E C U N D A.

P A T H O L O G I A.

De Perspiratione, cum suis consequentiis prorsus obstructa.

S E C T. I.

XXVI.

Si modo cutis structuram e varie directis fibris constantis, vasisque sanguiferis numerosis nervisque interspersis consideremus, spasmo eam valde obnoxiam decernendum.

XXVII.

Huic corporis constructioni imbelles et laxo habitu praediti, ut etiam omnibus aliis affectibus spasmodicis, maxime proclives sunt, et contra, athleticos hoc malo rarissime affectos inveniemus, ut qui plerumque frigoris et caloris vicissitudinibus affueti sunt, quum debiles, qui fere sub tecto degunt, et qui lautius tractantur, et vestiuntur,

* Kunkel philosoph. chym. p. 294.

tur, perspirationem saepe habeant obstructam. Fortasse vero nulla constitutio hunc affectum prorsus evadere potest.

XXVIII.

Variae contingunt causae hanc constrictionem inducentes, ut animi affectiones deprimentes, &c. sed quando ab hac causa oritur, credo eam rarius diu permanere; at hujus multo frequentissime mali causa nascitur a corpore, spiramentis apertis, &c. ad frigus exposito.

XXIX.

In hac plaga hoc saepius accidit, ob repentinum a calore in frigus transitum. Aqua frigida, a viro sudante hausta, eundem pariet effectum. Miasma et contagium, secundum clar. Cullenum, imprimis cerebri energiam minuendo, et postea extremorum atoniam spasmumque vasorum inducendo, perspirationem impedire valent.

XXX.

Sed quibuscunque causis haec retinetur excretio, salutis maxime inimicas producit consequentias.

Si haec, secundum Sanctorium *, tanto pondere fecerantur, aliis praeterea consideratis, sine ullius externae contagionis † fomite, de hac sola causa, quin febris gignatur, vix dubito.

XXXI.

Si quis inde febre corripitur, pigritia, languore, lassitudine, horrore, et aliis afficietur symptomatibus, quae in algido intermittenti statu febris evidenter occurrunt; cui status fervidus sine sudoris eruptione fere succedit; si autem extemplo sudor moveatur, procul dubio aegri affectus cito quiescent.

C

XXXII.

* Static. Aphor. XXI. et LXX.

† Contagium esse aliquam materiem in vaporum sphaera fluitantem, et ita humana corpora inficientem definitum est, et porro ab humanis corporibus quibusdam morbis laborantibus originem ducere; sed hanc labem huic initio esse priorem liquet; et mihi videtur esse verissimum hanc primam causam ita explicari posse. Aer similiter iterum iterumque respiratus contagione onerari potest, quum materiem noxiam pulmonibus excretam, ei, quae per cutem perspiratur, valde assimilare observare licet.

XXXII.

Hoc quodammodo mihi videtur hanc stabilire opinionem, quod diaphoresin emeticis, vel aliis remediis excitando, plurimae febres primo accessu coerceri possunt; sed plerumque medici auxilium non quaeritur, donec morbus formatus sit, et tunc quidem non facile sudori succumbit.

XXXIII.

De his phaenomenis, aliqua ex parte reddere rationem valemus, siquidem consideremus materiam perspirabilem retentam, cor et arterias potenter stimulaturam, praesertim cum pulmonis et renum excretio supplere cuticularis defectum forsitan non censeatur, et profecto urinae excretio saepius post constrictam cutem valde diminuitur.

XXXIV.

Ejus alia symptomata, nausea et anorexia, a miro consensu ventriculum inter et cutem existente explicanda sunt, et insuper, ni fallor, ab acri materie in stomacho, cum ejus succis naturalibus, secreta.

Quare hujusmodi febris, post diuturnam commorationem, non facile curetur; cum, tunc temporis, noxia
materies

materies et fluida et solida interius infecerit, respondendum est.

XXXV.

*Inflammati*o pariter in variis corporis partibus suppressionem hanc sequi potest, et haec diversis membris, vel secundum conformationem, vel cujusque constitutionis praedispositionem, accidet. Ita, qui angustis thoracibus formantur, magis aliis, pulmonis inflammationibus obnoxii sunt; summi constrictione corporis ad interiores partes sanguinem cogit, et angustum pectus liberum ejus per pulmones transitum impedit.

XXXVI.

Ab hac causa *rheumatismus* acutus alios habitus, dum alios chronicus afficiet. Illustris Tissot * meminit de quodam, qui, ex obstructa perspiratione, acri cholico laboraverit.

XXXVII.

Diarrhoeae et etiam *dysenteriae* species, interdum videntur a summo corpore materiae perspirabilis repulso,

origi-

* Avis au peuple, pag. 19.

originem ducere; quaedam certe exempla, evidenter ab hac causa producta, egomet ipse vidi. Haec circa autumnii finem anno 1782 occurrerunt, quando, diebus ardentibus, frigidae et rocidae vesperae successerant. Hic, affectus non apparuit contagiosus et malignus, cum pauci inficiebantur, nisi, qui vespertino tempore in agris degere solebant, et, ex iis morbo correptis, unus solum mortuus est. In horum plerisque faeces biliosae, spumosae, acres, erant pauciores, et frequenter sanguine mixtae, cum tenesmo et torminibus. Nonnulli lenius afficiebantur, cum excrementis copiosis haud sanguine tinctis, nec cum molestis aliis symptomatibus comitatis.

XXXVIII.

A perspiratione suppressa *hydrops* procul dubio saepe occurrit; nam hominum sudantium hydrope correptorum, cito post haustus aquae frigidae nimis liberos, exempla sunt invenienda; quod evenit ab externae exhalationis obstructione, dum interna manet. Home Professor illust. dicit *, se observasse hydropes saepius occurrere

* Praelect. suis de Mat. Med.

currere in plagis, ubi aër humiditate gravatur*; in hoc casu cutis ab aëre aquam inhalat, dum eodem tempore pondus et humiditas vaporum sphaerae exhalationi obstant. Denique, multi sunt morbi, quos toti obstructioni hujus utilissimae excretionis attribuere licet.

XXXIX.

Plures ex frigore male affecti, quam peste, moriuntur, valde acutus et sapiens respondit medicus amico, qui interrogatus, an bene valeret? responderat bene, nisi quod ex frigore sim male affectus. Hanc sententiam illustriff. laudavit Tissot.

S E C T. II.

De Perspiratione imminuta suisque consequentiis.

XL.

Si tot acres morbi a tota perspirationis obstructione excitentur, facile intellectu est, quod vel diminutio, vel inter-

pestiva

* Omnium perniciosissima est nimia humiditas, quae cuti et pulmone externe applicata per venas bibulas intus assumpta, totique corpori interne applicata, fibras laxat, et debilitat, perspirationem minuit, et humores nimis aquosos reddit. Hinc gravedo, tussis, asthma, phthisis, hydrops, &c. Home Princip. M. § iii. p. 20.

peffiva cujusdam partis retentio, oeconomiam animaleam multum laefurae funt. Quanquam quidem non tam fubitus appareat affectus, tamen noxia materies maffae fanguinis commiffa, quod vitari nequeat, eam, et inde cunctos corporis fuccos, inquinabit.

XLII.

Si vero fanguinis maffa hoc modo vitiatur, tuto argumentari licet, quum fanguis partibus eft folidis nutrimento, neceffe eft illas male affici. Non ad me attinet afferere, putriditatem nonnunquam in fanguinis mole exiftere; credo equidem, fi fanguis vere putridus effet, vitam propediem extinctum iri; tamen, ut opinor, Milman, et alii fuam opinionem longius profequuntur, cum afferunt, feorbutum aliosque tales morbos laxitati mufculorum fibrarum folummodo attribuendos; nam procul dubio quotidie videmus maximam fibrarum laxitatem absque minima ad hujufce naturae morbos propenfione.

XLII.

Ad fummum, multos ex rationibus inferre libet, in omnibus fere morbis ordinis impetiginis, fluida pri-

muni

num infici, sine statu putrido, vel forsan putrescente.

XLIII.

Imprimis, nautae, et alii, qui salsamentis vesci coguntur, et debitam corporis munditiem saepe negligunt, praecipue scorbuto sunt obnoxii: Salsamenta equidem praebent chylum saltem acriorem, quam alimentum idoneum; et fordes etiam malum adjuvant. Pauci inter navitas gregarios saepius quam semel in hebdomada mutant indusia, nec cubitum ituri vestibus se exuunt; necessarie ergo illorum vestes materiem perspiratam absorbent, quae facile iterum in corpus refertur.

XLIV.

2do, In nostra plaga, herpes, et alii morbi cutanei, verno et hyberno temporibus crebro apparent, iterumque, aestate accedente, evanescent.

XLV.

3tio, Plagarum incolae septentrionalium, prae aliis, hisce morbis laborant, quod non tantum cibo, quo utuntur, at simul frigori perspirationem impediendi attribuendum est.

XLVI.

His aliisque rebus perpensis, plane liquet (ut jam dictum est XLII.) fluida imprimis inquinari; nam, si sola debilitas fibrarum scorbutum induceret, constat verisimillime frigidarum incolas regionum cum evasuros esse, quod tonica frigoris potestas quodammodo debilitati obviam iret.

XLVII.

Morbi plerique impetiginosi, in nostra et frigidioribus plagis occurrentes, non solum a frigoris effectu excretionem imminuentis, sed etiam, credo, a fordibus originem ducunt, quod per has materia perspirata resorbetur, et praeterea minuitur excretio. Patet, si opera munditiei magis daretur, hos pravos diaetae effectus minime gentium adeo manifestos fore, praesertim si idoneo exercitio uterentur homines, ad excretionem promovendas. Ego quendam novi herpeticis eruptionibus, cum crurum ulceribus, quavis hyeme aut vere laborantem, qui, adventu aestatis, semper convaluit.

XLVIII.

Phthisis pulmonalis casus frequentes fortassis in hac insula accidentes, vel obstructionem vel materiei perspi-

rabilis parum justam retentionem, quasi causam considerando, quodammodo explicari possunt.

Glandulae itidem induratae hocce modo quidem induci videntur : Retenta acris materia systema lymphaticum prompte malo afficiet, et inde tubercula * variis in partibus oriuntur. Sed revera hanc opinionem confirmare tendit, utrosque morbos, saltem priusquam inveteraverint, ad calidiorem plagam eundo, quo perspiratio fiat liberior, sanari posse.

Perspirationis pathologia, si fusius tractaretur, consuetos tentaminis hujusmodi limites longe excederet, et porro ars longa est, et judicium difficile †. Nunc itaque ad rem tertio propositam procedo.

D P A R S

* Eosdem quodammodo effectus edit acor quidam, e cantharidibus absorptus, quemadmodum medici glandulas post vesicatorium applicatum aliquatenus tumidas observant.

† Sic loquitur vir ille celeberrimus, qui pater conditorque medicinae juste habitus est. Hipp. aph. I.

P A R S T E R T I A,

Quaedam de Diaphoreticis complectens.

C A P U T I.

S E C T. I.

D E F I N I T I O.

XLIX.

Quodcunque per cutem exhalationem copiosius excitare valet, diaphoreticum haud frustra appellari potest; attamen haec definitio nimis generalis est, quia nonnulla animi pathemata, dolor, &c. quae inter remedia diaphoretica non apte locum habere possunt, hasce sibi vindicant potestates; hoc modo autem, opinor, definiri possunt. Omnia nimirum remedia, quae vel stomacho recepta vel externe applicata, dum animale oeconomiam haud laedunt, diaphoresin efficiunt.

M O D U S O P E R A N D I.

I.

Considerare miram sympathiam ventriculum inter aliasque, praecipue cutem, corporis partes, fortasse aliquid
super

super hac re in aprium proferet, quod a numerosis nervis ad illud organum utilissimum descendentibus explicandum; adeo ut, si aliquid patitur, facile cum cerebro, et inde cute, quae multis nervis ad sensum tactus locupletatur, communicet. Hoc modo diversa relaxantia, et diaphoretica nauseam inducentia agere puto. A magis stimulantibus, cor organum maxime irritabile plane excitatur.

LI.

Hunc consensum stomachum inter et superficiem, multa argumenta, e quibus pauca citabo, probare tendunt. Appetitus, exempli gratia, perspirationis vicibus valde afficitur. Si modo summi corporis tonus fortis sit, eodemque tempore perspiratio libera, cibi appetentia acris erit, ut in tempestate frigida et arida saepissime expertum est. Porro observamus, nauseam in frigido intermittentis febris gradu occurrentem, sudoris eruptione sequentis sublevari.

LII.

Auctores tamen hujus phaenomeni rationem multifariam reddiderunt.

Plempius *, quare post cibum frigescamus explicans, dicit verisimiliter venire ab ipso cibi frigore, qui primo ventriculum et postea alias partes refrigerat.

Fernelius, hoc tractans †, afferit, sudorem non solummodo a corpore omnino secerni, sed interdum a praecordiis et hinc cognosci posse, quamobrem, qui exercitio vel sole calescunt, si libere aquam biberint, mox sudore madeant. Non equidem (inquit) ab aqua per corpus diffusa, quippe quae postea in ventre fluctuare sentitur, sed ab ejus halitu surgente, a calidis praecordiis sudor formatur.

LIII.

Ab hac ratiocinandi methodo constat, hos auctores non veram intellexisse causam; et mihi omnino persuadetur, haecce ambo phaenomena aliter explicari posse, sympathia nempe cutem inter et stomachum.

LIV.

Diaphoretica calefacientia cor et arterias stimulando, suum edunt effectum; et inde augendo sanguinis momentum,

* Plemp. institut. p. 237.

† Fernel. de Feb. Cap. 11. p. 237.

mentum, uti postea adhibita, pulsus magis plenus et frequens ante sudoris eruptionem fieri observare licet. In statu sanitatis, quoddam aequilibrium inter impetum sanguinis intus, et pressuram vaporum sphaerae foris interest; si autem haec pressura a corporis ulla parte removeatur, quomodo sanguis et alia fluida ad illam confertim ruant, percipere licet.

LV.

Cuticula etiam ad sanguinis impetui resistendum intus utilis esse videtur: Illius, ficca cucurbitula applicanda, exemplum habemus; hujus, dummodo cuticula emplastri epispastici opera vel aliter amoveatur. His addere licet, ipsorum tonicam potestatem vasorum, utpote eos, in quibus laxitas adest, sudorem emittere observamus, minimo fere usus exercitio.

LVI.

Ab his innuere volo, hinc operationem calefacientium diaphoreticorum dilucidari posse; quod illa, suo stimulo cordi arteriisque vires suppeditant, ad externam resistantiam superandam. Hinc quoque videmus, quomodo

modo balneum calidum, vel simplex pediluvium, horum remedium effectum multum augebunt.

LVII.

Observatum est, corporis calore ad quendam adaucto gradum, (qui diversis constitutionibus variat,) sudorem elici non posse. Haec res a Doctore Alexandro *, ita ut contradici non possit, quantum ego sentio, probatum est.

In hac re, duo fecit experimenta. Primo, magnam liquoris stimulantis quantitatem bibit, et confestim cutibitum ivit; postea cutis fervida, et lingua sicca et arida, calor per totum corpus auctus, aliaque signa febris supervenerunt; atque calidis liquoribus diluentibus, sine levamine, ulus est.

LVIII.

In hoc statu multum frigidae exhaust, et post circiter sex vel octo minuta copiosus, quem desideravit, erupit sudor, et brevi cuncta signa febrilia evanuerunt. Ut de hac re certior fieret, nocte sequente, caenatus, vini rubri libras fere duas bibit, et statim in lectum se conje-

cit:

* Experimental Essays, p. 163.

cit : Febris signa cito advenerunt, ut antea : Instrumentum Fahrenheiti temperamentum aëris ostendens scrobiculo cordis admovit, et mercurius ad gradum centesimum decimum viginti minutis surrexit, dum arteria nonagies quater vel quinquies in uno minuto pepulit ; in hoc statu largos frigidæ aquæ haustus cepit. In octo post minutis madefcebat cutis, et post alia decem libere sudabat. Mercurius duos, et post semihoram, tres alios gradus cecidit.

Pulsus similiter, antea nonaginta quatuor, nunc octoginta quinque, non excefferunt.

LIX.

Ab his experimentis Doctor Alexander concludit, quendam caloris gradum esse necessarium ad sudorem ciendum, quod punctum fudorificum appellat, et quantum alicujus calor excitetur supra, vel deprimatur infra hoc punctum, tantum a sudando removeri.

LX.

Quendam caloris gradum sudoris effusionem impedire, verisimile est ; attamen, si quis refrigeretur infra hoc punctum, ex eo, sudorem non posse elici, haud

sequitur ;

sequitur; exempli gratia, in fyncope sudorem fluere observamus, ubi calor naturalis minuitur, et cum idem e fyncope convaluerit, sudorem arte cieri posse, quam corporis calor multo magis fuerit auctus; ideoque Doctoris conclusio nimis generalis esse videtur.

LXI.

Celeberrimus Huxhamus putat, magnum calorem et nimium sanguinis motum impedire, quo minus praebeat solitas excretiones; at mihi patet, phaenomena in experimentis supra memoratis aliter quodammodo explicari: Nempe, magnum caloris gradum qui corpori inest cutem inflammare, et adeo eam densare ut spiramenta obturentur; sed frigida aqua ventriculo recepta, corporis temperamentum e vestigio reduci, et ipso facto summi corporis constrictionem relaxari.

LXII.

Clar. Alexander itidem observat, sanguinem non spissari sudando. Sudore excitato, sanguinis partes maxime volatiles primo effugient; sed postea, difficile
est

est sudationem continuare diluentium sine ope liquorum.

LXIII.

Nunc pauca dicere pergam de variis remediis, quae in usu fuerunt ad diaphoresin vel sudorem promovendum. A proposito alienum est, ea digerere in ordines conari, quod tales series plerumque sunt confusae et iterationibus comitantur.

S E C T. II.

Varia diaphoretica Remedia.

LXIV.

imo, Nonnulla sunt medicamenta, quae, majore quantitate exhibita, vomitum vel catharsin inducunt; ut antimonii praeparationes diversae, ipecacuanha, &c. Sin autem parvis dosibus sint administratae, tantum excitant nauseam, quae magnopere perspirationem promovet. Hoc modo tartarum emeticum, et pulvis Jacobi usurpantur. Clar. Gregorius* fere praefert ipecacuanham tartaro emet.; quia ejus usum violenti effectus interdum sequuntur.

E LXV:

* Praelectionibus suis clinicis:

LXV.

2do, Sales aliqui neutri, velut spiritus Mindereri; at in casibus phlogisticis, me iudice, neuter sal vegetabili fixo alkali formatus, cum succo limonum, huic, ut minus calefaciens, anteferendus. Hi refrigerantes appellati sunt *, non quod totum corpus directe, sed augendo summi corporis calorem refrigerant. Clar. Professor Gregorius observat †, multo largiores doses, quam solent, ad hos proferendos effectus, administrandas esse.

LXVI.

3tio, Nonnulla vegetabilia narcotica, ut opium, et antispasmodica, ut moschus et camphora, moschi grana decem, secundum Doctorem Liewis diaphoresin movebunt, dolorem mitigabunt, et somnum inducent.

LXVII.

4to, Quaedam violenta stimulantia inter diaphoretica digesta sunt, et acria vegetabilia, velut serpentaria, guaiacum, feneka, alkali volatile, et olea essentialia; quorum

* Cullen. Prim. Lin. Par. LXX.

† Conspectus Med. Theoret. Vol. ii. p. 497.

quorum nonnullis frequenter olim improprie utebantur. Illa vere perspirationem augebunt, tametsi, sine diluentium aut laxantium ope, ad sudorem eliciendum, ea parum proficere existimo.

LXVIII.

5^{to}, Medicamentum emeticum, cum opio junctum, est efficacius quam alterutrum sincerum ; ita pulvis Dover. praestantissimum repertus est fudorificum remedium, quod opium emeticum ipecacuanhae effectum obtundit.

Gregorius noster mercurium praescribit, quem dicit multum adjuvare hoc medicamentum, si modo fudor profusus desideretur.

LXIX.

6^{to}, Varias mercurii praeparationes pulsum arteriarum excitant, et excretionem cuticularem promovent ; alii hanc, alii illam praeparationem prae caeteris laudant ; sed mercurius corrosivus sublimatus saltem aequè utilis ac ulla alia esse videtur. Sulphur etiam quodammodo fudorificum esse apparet.

LXX.

7^{mo}, Diluentia. Sine diluentium ope liquorum, sudatio diu continuari non potest; diluentibus ergo, cum frigidis tum calidis, pro re nata, uti licet. Si calor febrilis multum viget, cute obstructa, frigida administrantur; sin autem sudorem jam motum continuare optat medicus, calida praeferantur. Basis omnium diluentium est aqua, quae decocti forma vegetabilis, uti aqua hordeacea communis, aut variis substantiis imbuta, fere administratur. Pomorum infusionem multum profuisse, cum diluentem, tum sitim restinguentem, expertus sum.

LXXI.

Balneum calidum vel generale vel topicum hic memorare libet. Quod non solum cutem relaxat, verum etiam, quum aquae pars absorbetur, eosdem habebit effectus, quos diluentia stomacho recepta. Praeter haec sunt quaedam perspirationem promoventia, quae inter diaphoretica forsan haud apte digeriqueant, ut

LXXII.

LXXII.

Balneum frigidum; si quis subito in aquam frigidam sese immergat, et statim exit, cordis et arteriarum actio augetur, et dummodo eat cubitum, et lodicibus laneis se tegat, facile prorumpit sudor.

LXXVIII.

Exercitium et secretiones et excretiones praecipue cuticulares, promovet. Exercitatio lenis, violentae, et diu continuatae, quae ad corpus debilitandum manifesto tendit, anteferenda est. Ambulatio exercitium videtur aptissimum ad salutem conservandam; licet adversa valetudine laborantes, eo libere uti plerumque non possunt. Equitatio multis in casibus maxime confert. Frictio ab aridis procul dubio edit effectus exercitio fere pares; hic tamen ille stimulus non est universus, quoniam circulatio in corporis summo tantum acceleratur.

LXXIV.

Aura electrica quoque perspirationem augere valet, ut ab ingeniosis experimentis institutis ab *Abbate Nollet* liquet *. In tempestate frigida, vestes laneae sunt utilissi-

mae

* Memt de L' Acad. Royale, pour 1758, T. II. p. 241.

mae ad excretionem cutis servandam, ut quae calorem corporis naturalem adaugere possunt, et materiem perspiratam, cum primum evacuatur, absorbent.

LXXV.

Calor externus, ut corporis humores expandit, et systema vasculare fortiter stimulat, hasce easdem potestates sibi vindicabit; denique, quodcunque sanguinis impetum augere pollet, cutis etiam excretionem quodammodo ampliabit. Enimvero, opinor me habere unde concludam, si fortiores stimuli usurpentur, et subito admoveantur, excretiones cuticulares prorsus obturatum iri, ut, a periculis Alexandri supra memoratis, res ita se habere plane videtur.

C A P.

C A P U T II.

De Diaphoreticorum Ufu in Morbis sanandis.

In his eundem sequemur ordinem, quem in dicendo de consequentiis penitus obstructae et diminutae perspirationis observavimus.

S E C T. I.

LXXVI.

In Febris (XXX.).—Quum observassent medici plurimos acres morbos, lenta diaphoresi vel etiam sudore terminasse, si hoc idem arte perficeretur, ad morborum curationem multum collaturum existimarunt; sed eventus eorum spem saepissime fefellit. Eorum frustratio tamen et diri effectus frequentius producti, aliqua ex parte, ad sinistrum sudorificorum usum fortasse attribui queunt.

LXXVII.

Hoc aliquatenus patet, a more quidem horrendo, aegri acuto morbo laborantis detinendi sub stragulis onerosis,
quasi

quasi in hypocausto occluderetur, eodemque tempore alkali volatile et alia stimulantia administrandi ; nam ita, aeger infelix prius torreretur, quam fudor erumperet. Sed, tametsi more hoc sudandi adeo abusi sint, haud sequitur, diaphoretica prudenter et caute adhibita non posse esse usui.

LXXVIII.

In primo febris (XXXI. & XXXII.) symptomatum accessu, tempestiva aptorum diaphoreticorum administratione, morbus saepe omnino curari potest. Febres a contagio virulentissimo ortae, a sudore sponte superveniente sanatae, vel saltem levatae fuerunt.

LXXIX.

Si modo attendamus phaenomenis quavis in febre epidemica occurrentibus, insignem similitudinem in his procul dubio observabimus ; attamen verisimile est, eandem causam remotam, diversos homines afficientem, diversas febres gignere posse ; ita nempe, causa, in homine diathesin habente phlogisticam, synocham productura ; in altero diversae constitutionis, typhum ; et alio mediae inter has constitutionis, synochum generaret.

Inde

Inde cernamus oportet, quantum referat, in medicamentis ordinandis aegroti habitui studere.

LXXX.

In principio synochae sine dubio maxime valent diaphoretica. Hic, corporis calor valde augetur, et cutis arcte constringitur, quibus clar. Cullenus, ad minuerendam reactionem, et constrictionem tollendam, diaphoretica instituit. Si hic, sudorem elicere, lodicibus laneis, aegrum onerando, et fervidiora adhibendo diaphoretica conaremur, mortem, ni fallor, cito obiret aeger.

LXXXI.

Ergo his adversandum est; nimirum e contrario facere, quantum nobis inest, ad calorem minuendum oportet. Hoc, libera aurae admissione frigidulae, liberali diluentium usu frigidorum saporis grati effici potest; a refrigerantibus etiam, velut acidis et salibus neutris quibusdam, et aquam frigidam diversis summi corporis partibus forsan applicando, praesertim capiti, delirio laboranti, multum derivetur levaminis, calore (LVII.) extremo corporis inde submoto, cutis excretio

fere excitabitur, sudoremque semel inceptum, calidis diluentibus et pediluviiis tueri possumus.

LXXXII.

In principio aliquarum typhi specierum, plerumque diluentia calida sunt admittenda; sed diaphoretica praescripta, gradu caloris systematis praesentis, et aegroti viribus, semper regi debere opinor.

Quod ad sudationem attinet, curandum est, ut sudor per totum corpus fiat generalis, ut non de repente sistatur, ut non adeo continuetur, ut vires aegroti exhaustiat.

S E C T. II

LXXXIII.

In inflammatione.—Inflammationibus varias corporis (XXXV.) partes occupantibus, propria et tempestiva sudatio, aut saltem diaphoresis, remedium evadit praestantissimum; hinc in inflammatione pulmonis variisque cynanches speciebus, si sudatio mature adhibeatur, plurimum ad sanationem conferet. Hic enim vero sudorifica calorem facientia caute sunt evitanda.

LXXXIV.

LXXXIV.

Medicamenta dicta expectorantia, ut scilla, gummi ammoniacum, &c. copiosius adhibita, calorem excitant; sin autem parcius, nihil revera efficiunt, nisi, nauseam excitando, aegrum misere cruciant, cujus mali egomet testis fui. Ea remedia solum vi stimulante expectorationem producere, pulmonis augendo exhalationem, liquet. Sin autem valde constringatur cutis, haec pulmonis inflammationem augebunt, et simul corporis calorem fuscitando, cutis obstructionem confirmabunt.

LXXXV.

Horum igitur usum in inflammationibus pyrexia comitatis, diaphoretica relaxantia, ut liquores diluentes et pediluvia, supervacaneum reddent.

LXXXVI.

In *rheumatismo acuto* (XXXVI.) sudare multum confert; et hic res supra praescriptae sunt observandae; primo corporis nimius calor regimine antiphlogistico minuendus, et postea diaphoretica pro re nata adhibenda sunt. Auctore illust. Monro, postquam mitiora fefellerant,

lerant, pulvis Dover. multum profuit. In *rheumatismo chronico* diaphoretica stimulantia solummodo profunt, ut mercurius, alkali volatile, &c Hic, ut experientia docet, aether vitriolicus, vel stomacho receptus, vel externe applicatus, usui erit.

LXXXVII.

In *colicis* quibusdam inflammatoriis, Tissot auctore *, stimulantia medicamenta et fervida sunt maxime adversa. Mulier post iter calida tempestate factum, inconsulte pedes in gelidum fontem immerfit, et colico statim corripiebatur cum dolore violentissimo. Ipsa suo consilio diversa calida medicamenta capiebat, et adhuc quotidie in pejus ruebat. Purgabatur; sed ingravescibat morbus; tertio die vocatus est medicus; at nimis fero; nam paucis post horis mortem obiit.

LXXXVIII.

Hic perspicue videmus, morem vulgarem spiritum vinosum Anglice (*drams*) adhibendi colicis in omnibus, sine discrimine, esse periculosissimum; si vero, hoc in

* Avis au peuple, pag. 319.

in casu, relaxantia adhibita fuissent, verisimile est aegram sanatam fore.

LXXXIX.

In diarrhoea et dysenteria.—De his malis tantum ab obstructa perspiratione originem ducere visis, supra (XXXVII.) verba feci. In casibus jam memoratis, omnibus molestiis dysenteriae signis comitatis, post remediis aptis intestina mundata, diluentium et medicamentorum diaphoreticorum administratione, multum levaminis derivatum est. Tormina severa infomniaque opii usum suadebant; sed male; nam in pejus ruebat morbus, febris aucta est, et alvus astricta inde molestissima evasit.

S E C T. III.

XC.

In hydropse.—Olim hic morbus opprobrio medicis fuit; nunc autem, aliter res se habet, quoniam saepe sanatur. Causa morbi proxima considerata, ad hunc modum ratiocinari licet. Ut si modo exhalationem externam liberam

ram * et copiosam reddere possimus, inde eliminetur aqua; et hanc ratiocinationis methodum res ipsa quidem sanctam facere concurrit, ut casibus nosocomii sequentibus apparebit, qui a perito medico Hamilton tractati sunt.

XCI.

R. S. viginti quinque annos natus, nonnullis symptomatibus corripiebatur, quae aliquamdiu erant anomala, sed demum in hydrope terminarunt. Paucis post septimanis, ejus abdomen intumuerat, et fluctuatio humorum plane percipi potuit. Jecur sentiri nequibat, siti-ebat, cibum fastidiebat, parceque urinam emittebat, facies livida, et alia hydropis signa, aderant. Medici diversi remediis utebantur solitis; sed, cum inutilia visa sunt, sudorem elicere decretum est. Aeger hora somni pulv. Dov. scrupulum sumpsit, et post horam iterum grana decem subministrabantur; nausea, calor, et insomnia superveniebant, cum demum sudor irrumpebat, cujus tanta fuit copia, ut ante undecimam diei sequentis horam, culcitam ipsam penetrasset. Sudore durante, plus quam

* Si plus humoris excernitur quam assumitur, ita demum secundae valetudinis spes est. Cels. lib. 3. cap. 21.

quam quatuor urinae librae effluxerunt, regione umbilicali, nec non gracilior pollice ac dimidio inveniebatur, quam die novissima, liquor tenuis Anglice *punch* libere suppeditabatur, et paucis post septimanis aeger sanus dimissus fuit. Ad rem est observare, aegrum tantum mercurii, tum ante, tum post sudorifica, quantum gingivas afficiebat, sumpsisse.

XCII.

T. M. habitu pleno, aetat. lx. oedemate laborans, a cujus initio catamenia desiderabantur, in nosocomium regium admissa est, anno millesimo septingentesimo septuagesimo sexto. Quo tempore oedema inferiores corporis partes obsederat, et tumor cum sensu fluctuationis abdomen occuparat.

Mox autem febris intermittens paroxysmus, sudatione copiosa insequente, supervenit; et postridie se saniores et oedemata esse minora credidit. Medicamentis omissis, alter expectabatur paroxysmus, qui, typhum tertianum retinens, haud secus ac prior defuit. Intermittentis terminum expectare decretum est, et paroxysmum post octavum signa evanuerunt hydropica; per hoc tempus alvus astricta, et urinae copia parum aucta, manebant;

manebant ; cortice Peruviano tamen administrato, paroxysmi continuo cesserunt, plena diaeta permissa aegram adeo roboravit, ut brevi sana exierit.

XCIII.

His plurimi casus addi possent, si operae pretium foret. In hydrope diaphoretica stimulantia utiliora videntur, ut fere fibrarum laxitate comitatur. Non tamdiu continuetur sudor, ut debilitet aegrum.

XCIV.

Sitis inter sudandum acidis vegetabilibus, viz. cremore tartari, tamarindis, aliisque fructibus subacidis, restinguatur oportet. Dummodo autem debilitas magna adfit, sudatio non videtur laudanda.

XCV.

Tale exercitium, quale ferre potest aeger, omittere nefas est. Ætherem vitriolicum largis dosibus, huic morbo haud esse ineptum, mihi persuadetur ; et, ni fallor, aura electrica hydropibus quodammodo profutura est ; utraque haec remedia sua vi stimulante exhalationem,

tionem externe, et interea absorptionem augebunt.

S E C T. IV.

XCVI.

Inter loquendum, de minutae perspirationis consequentiis, quosdam morbos ordinis *impetiginis*, ut *herpetem*, *scorbutum*, in plagis frigidis occurrentes, a causa repressae perspirationis praecipue oriri (XLII.) affirmavimus. In omnibus his morbis excretio cuticularis est sollicitanda *,

1^{mo}, Vestimentis ad calorem corporis servandum aptis.

2^{do}, Maxima munditiei cura, quae, indusia saepe mutando, (alioquin materies perspirata in corpus iterum absorbebitur), frequente porro cutis lotura, et ita omnem removendo colluviem, quae nonnihil obturat spiramenta, effici potest.

G

3^{tio},

* Evocandus est sudor non per exercitationem tantum, sed etiam in arena calida vel laconico, vel clibano similibusque aliis; maxime enim sunt utiles et naturales siccae sudationes. Cels. lib. 3. cap. 21.

3tio, Apto exercitio, quod digestionem * faciliat, et secretiones et excretiones promovet.

4to, Medicamentis diaphoreticis variis, ut nonnullis antimonii praeparationibus, quae exhalationem per cutem magnopere augent. Vegetabilia, nec non alkalescentia nominata, ut cochleariae folia, et sinapi femina, cum in scorbuto, tum herpete, maxime conferunt. Haec enimvero mihi videntur effectus praecipue suos edere, systema vasculare stimulando, et adeo perspirationem augendo, attamen tempestate frigida renes afficere valent.

Sed non meum est, omnes hos morbos solis remediis diaphoreticis sanari, evincere; veruntamen submisse spero, me probasse, cum summa ratione mihi licere concludere, ea, aliis adjutantibus, peritis in manibus multum valere.

* Tu pulmentaria quaere sudando.

Hor. Lib. ii. Sat. 11.

F I N I S.